

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Capvt XI. De Christi reviviscentis triplici victoriâ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

sunt velut mortui. Misericordia, quos tunc perculit pavor mortui, quando securitas redditur vita: sed crudelitatis ministri, perfidie executores aliena, fiduciam sumere quomodo poterant de supernis: obsidebant sepulchrum. Resurrectioni janus obstruebant, & ne quā posset intrare vita, mors perire, servabant: merito eos Angeli perculit & prostravit adventus. Misericordia & sibi semper inimica mortalitas doles se mori; ne resurgere posse, opugnat: sepulchrum aperire convenerat, & ad resurgentem quidquid erat facilitatis afferre, ut esset miraculum de facto, de exemplo ipsius, de reverso res, credulitas de videndo. Grandis dementia est, hoc hominem nolle credere, quod sibi desiderat evenire.

*Pre timore autem ejus exterriti sunt custodes. Quare territi? Quia custodiebant crudelitatis studio, non pietatis obsequio. Ruit, destruitur,flare non potest, quem conscientia destituit, impellit reatus. Hinc est, quod Angelus percellit impios, pios allogauit & solatur: Nolite timere vos. Hoc est, illi timeant: quarentes non timeant, timeant perseguentes. Timeat Iudeus qui tradidit, Pilatus qui cruci addixit, miles qui crucifixit: timeat impietas que illis, crudelitas que acerum & fel propriavit; timeat levitas, que sepultum obredit, perfidia que mendacium emit, & fidem vendidit, inhumanitas que suum Dominum occidit. Vos autem gaudere convenient, non timere: quia resurrexit, quem quererabat mortuum, vivus quem lugebatis occisum. Nolite timere vos, scio enim quod Jesus vicit qui crucifixus est, quereritis: non est hic. Hoc est, ego vici ut inservierem vos, non ut illum eximerem, qui & rerum factor est. & sui est suscitator. Non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Vides quia vici Angelus, ut factis afferret servus, que Dominus prædictus est in verbis, & doceret mortandi & vivendi penes illum potestatem fuisse, qui ante suam mortem prædixerat resurrectionem: nam utique qui scire potuit, potuit & cavere: sed quia vincere potuit, declinare contempserit, quia Resurgentis gloria speluncis mortis injuriam.*

Igitur cali plaudite, aëris insona, triumphum clamate littora, terra resulta; & tu Echo mille ora indue, gratulentur, jubilent, applaudant univerba. Vicit, Domine Jesus vicit. *Victricem manum tuam laudamus pariter. Videmus etiam in bono duce victoria vestigia, plaga adversa, trophyum nobile, purpuratum crucis arborem prædicamus. Non est gloriola victoria, nisi ubi fuerint laboriosa certamina. Turiflamma est pro Christo & cum Christo pugna, in quā nec vulneratus, nec prostratus, nec concutatus fraudaberis victoria. Tu tantum ducem tuum non defere; cum illo pati, est vincere.*

## CAPUT XI.

### De Christi Reviviscentis triplici victoria.

**A** die annos circiter octoginta Francofurti ad Mœnum duo Principes foras prodeambulabant animi causa. Et ut latior ieret hic dies, geminos falcons emiserunt in auras prædatum. Incurrit in aleatos venatores istos avis plebeia. Mox uterque prædo eo impetu in oblatam sibi volucrem rubeant, ut scipios rostris confixerint, sed deinde lacerant, ita delapsi & volare simili & vivere desierunt. Pica, ea erat avis, hostium quidem ungues evasit, sed terra decidit, & antequam subvolaret, à canibus disceptus est.

Sanguinaria sententia in Christum prouniciata robusti duo falcons, Mors & diabolus, subvolarunt ad diripiendam prædam. Jam ante inter olivas Christus dixerat: *Hec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Sed uterque hostis turpissime vicitus est. Oferas hoc prædixit: Ego mors tua, & mors mors tuis ero inferne. Avis discolor pica, fallax mundus & mendax synagoga, quamvis etiam spirent, destinatum tamen sibi supplicium non evadent. O bone Jesus, ecce confundentur & erubescen-*

*tonnes, qui pugnant adversum te. Absorpta est mors in 1. ad Corint. victoria. c. 3. v. 54.*

Vicit Christus elephantum, leonem vicit & crocodilum. Hoc ajo: Mundum crucifixus, & diabolum & mortem debellavit. De Australissimâ triplici hac victoriâ Christus triplex vitoria.

#### §. I. Christus Reviviscentis vicit elephantum.

**E**lephantus mundum confinximus sagaci bellus, & 1. De mundo. quia Plinio atque Äliano testibus, religione singulare crescentem lunam veneratur. Jam intelligis, credo, Lector, cur huic bestiâ mundum comparem Elephorum varius est usus in bellis. L. Metellus primo bello de Animali. Punico elephantes centum quadraginta duos cepit. Hi bnu c. 10. Romæ omnes in circa jaculis & hastis occisi, inopia consiliis, quoniam neque ali placebat, neque Regibus donari. In præliis, ut veteri jaçatur verbo, primi omnium vincuntur oculi. Ingenti mundus apparatu aciem struxit adversus Christum tamquam præter infultiibus debellandum, atque ut ipsi omnium primi vicecentur oculi, armatas copias velut ad latronem capiendum emisit in olivetum. Nam irruentibus in turbis Servator, Tamquam ad latronem, inquit, existis cum gladiis & fibribus comprehendere me. In Christi necem, omne genus hominum conjuravit; sacri, profani, summi, imi, Hebrew & Roman, Sacerdotes & Reges, amici & hostes. Agmen duxerunt Pharisæi, Scribe, Legisperiti, Senator omnis Hebrew, Pontifices, Annas, Caiphas, Herodes, Pilatus. Censuit mundus Christum Dominum adversus multitudine opprimendum. Deceptus est mundus, & suamet fraude vicit.

*Eduxerat rex Antiochus contra Machabæos Principes numerosissimum exercitum, centum millia pedum, & viginti milia equitum, elephantorum triginta duos ad inunda prælia eruditos. Et commovebantur omnes inhabentes terram à voce multitudinis eorum, & incessu turba & collitione armorum: erat enim exercitus magnus valde & fortis. Huic Judas Machabeus cum suis itidem copiis in occursum venit. In ipso congreßu & ardore prælia, vidit Eleazar unam de bestiis loriscatam loris regis, & erat eminentis super ceteras bestias: & vi. sum est ei, quod in ea esset rex: & dedit se, ut liberaret populum & seq. & acquireret sibi nomen aeternum. Et cœcurrerat ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à sinistris, & cœdebat ab eo huc arque illuc. Et iuri sub pedes elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum, & cœdit in terram super ipsum, & mortuus est illuc.*

*Hunc elephantum regium fortissimus Eleazar noster Christus prostravit. Vehementer hac bellua ducum maximi peltis aureis armati, Annas, Caiphas, Pontifices, rex Herodes, Pontius Præses, singuli speciosâ ratione Christum addixerunt morti: illi ut blasphemum, iste ut stultum, hic velut hominem plurimorum sententiarum damnatum. Hac armaturâ mundus velut turritus elephantus in Christum bat. Ex hujus bellua turri quatuor viri illi, judices iniquissimi in innocentem pugnabant. Sed caelus est elephantus, judices dejecti. Resurrexit Christus, sicut dixit. Et vide nostrum Eleazarum, Audacia quo ausu & animo dimicantem in se belluam jugularit. Christi in terra, & principes conveniunt in unum adversus Dominum, & aduersus Christum ejus. 2. Er dedit se, ut liberaret populum. Christus Cruciatus & mortem Christus subiit fine duplice, ne cruciatum ad omnem humanam gentem ab interitu servandam, tum ad gloriam aeternam suo nomini parandam. subiit. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, Philip. c. 2. quod est super omne nomen. 3. Et cœcurrerat ad eam audacter vers. 9. in medio legionis. Quam in trepidè Christus in oliveto irruevit armatae legioni dixit, Ego sum! Quod & ingemans,*

*1. Vidi unam de bestiis loriscatam, & erat eminentis super mundum populi meditari sunt inania? Aflisterunt reges Psal. 2. v. 1. terra, & principes conveniunt in unum adversus Dominum, & aduersus Christum ejus. 2. Er dedit se, ut liberaret populum. Christus Cruciatus & mortem Christus subiit fine duplice, ne cruciatum ad omnem humanam gentem ab interitu servandam, tum ad gloriam aeternam suo nomini parandam. subiit. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, Philip. c. 2. quod est super omne nomen. 3. Et cœcurrerat ad eam audacter vers. 9. in medio legionis. Quam in trepidè Christus in oliveto irruevit armatae legioni dixit, Ego sum! Quod & ingemans,*

*Ioan. cap. 8.* nans, *Dixi vobis*, inquit, *quia ego sum: si ergo me queritis, si- v. 6. & 8.* mite hos abire. *4. Et ivit sub pedes elephantis, & supposuit se ei.*

*Ut nos extolleremur, non recusavit Dei filius concu-*

*carci. Hinc illæ voces: Miserere mei Deus, quoniam conculta-*

*vit me homo, totâ die impugnat, tribulavit me. Conculta-*

*runt me inimici mei totâ die, quoniam multi bellantes adver-*

*sunt me. 5. Et occidit eum. Exarmatus, casus, prostratus*

*est mundus; universæ mundi malitiae dejectæ.*

*Et ubi nunc lexum oris sepulti adulolutum? ubi appre-*

*sum monumentum signum? ubi tot armati milites unius*

*mortui custodes? Surrexit mortuus; illi ceciderunt, &*

*facti sunt velut mortui. Vicit Eleazar, vicit Dominus, vicit*

*Christus. Jure meritissimo proclamat viator: Confidite,*

*ego vici mundum. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem*

*vobis odio habuit. Non est servus major Dominus suo. In mun-*

*do pressum habebitis: sed confidite, ego vici mun-*

*dum. Nemo salvient mundum formiderat: periculofor*

*mundus & magis cavendus, cum blanditur, quam*

*cum sœvit. Optime dixit Augustinus: Ecce ruinosus est*

*mundus, & ambitus, quid si dulcis esset? Ecce turbat mundus,*

*& amat: quid si tranquillus esset? Formosum quomodo here-*

*res, qui sic amplectentur fedam? Flores illius quomodo colligere-*

*que, qui non revocas manum? Hic fallax mundus per-*

*vertitatem habet veram, jucunditatem falsam, certum*

*dolorum, incertam voluptatem, duram servitutem, ti-*

*midam quietem, tem plenam miseria, spem beatitudi-*

*nis inanem. Hac Augustini verbis consigno: Non nos te-*

*sern. 1. de* neat voluntas propria, non nos terrat crudelitas aliena, & vi-

*S. Vincenzo. tus est mundus. Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit*

*Ioan. cap. 5. mundum: & hoc est victoria, que vincit mundum, fides vestra.*

*vers. 4.* Confidamus; Christus vicit mundum.

### §. 11. Christus Revivisens vicit Leonem.

*2. D. dia-*

*bolo.* *Illum ipsum certe leonem vicit, qui rugiens circuit*

*querens quem devoret. Jam licet proclama: Vicit bo-*

*1. Petr. c. 5.* nus ille JESVS, vicit, vicit leonem ab orco. Petrus Jar-

*rius & Horatius Turfellinus memorant eo ipso die,*

*quo Lusitana classis prælio navalium cum Aenis barbaris*

*conflixit (erat is Dominicus dies) Franciscum Xave-*

*rium Malacæ in ade primariâ circa nonam decimâmq;*

*horam ad cives verba fecisse. Inter perorandum Fran-*

*cisus (iisdem testibus) miram vultus, oculorum, ac*

*tutius corporis mutationem concipere, adeò ut ceptum*

*Petrus Iar-*

*vicus de re-*

*bus Indicis*

*cap. 1. mibi*

*pag. 240. &*

*Horatius*

*Turfellinus*

*lib. 3. vita*

*Xaverii,*

*cap. 11. mibi*

*pag. 309.*

*retur describere, auditoribus admiratione plurimâ de-*

*fixis. Aberat enim à navalium pugnâ centum quinquaginta*

*leucis. Ita narrationem novam ingressus Xaverius,*

*mox vultu oculisque ardenterbus, junctis manibus ante*

*imaginem Crucifixi effusus lacrymans exclamare: O*

*JESV Christe, Deus cordis mei, obsecro te quæsique*

*per supremos vitæ tuæ cruciatus, ne deseras quos tuo*

*Sanguinem redemisti. Hæc elocutus inclinatum ac defi-*

*cens caput, summa suggesti spondâ paullisper exceptit,*

*ac quadrante medio quievit. Exin, velut ingente de-*

*fatigationem abstulerit, caput subito atrollens, vultu*

*alaci & læto proclamat: Vicit, vicit, ô Fratres, bonus*

*ille JESVS. Nunc igitur mætore posito, hilaritati vos ac*

*lætitia date. Jam nostri hostem prælio devicerunt, non*

*amplius quatuor è nostris desideratis. Tantulo impedi-*

*o tam insignis stetit victoria. Propediem viatores ad-*

*erunt incolumes. Nam sextâ feriâ proximâ spoliis &*

*prædâ onusti cum captiuis navigiis revehentur domum.*

*Agredim ergo & Deo victoriae auctori gratias aga-*

*mus. Vicit, vicit, ô Fratres, vicit bonus ille JESVS.*

*Quid rectius Redivivo ac Victori Christo acclame-*

*mus, quæm hoc ipsum: Nostra est victoria, jam fusi fu-*

*gatiq; sunt hostes. Vicit, vicit, ô Christiani, vicit bon-*

*us ille JESVS, & vicit victorem nostrum leonem achen-*

*Yoen. cap. 12. roniticum. Futurum hoc predicens aux noster, Nunc,*

*vers. 31. inquit, princeps hujus mundi ejicietur foras. Nunc autem*

A ejectus est foras. Cùm diabolus, ille fortis armatus custo-*Lat. cap. 1.* daret atrium suum, in pace erantea qua possidebat. Sed jam val-*Lat. cap. 1.* fortior eo superveniens vicit eum; universa arma eius absulit, in quibus confidebat, & spolia eius diffribuit. Mortus tuus, in ferne, homo est crucifixus, jam à funere redivivus. Summo id nobis solatio est atque gaudio. Leo avernalis jam ligatus est: rugire potest: mordere non potest, nisi proprius accedentem.

Palladius Helenopoleos præful memorans, Erat adol-*Ragusa* lescentis, inquit, emortui pudoris ac profigatae vita, va-*qui* quæl*Lat. cap. 1.* sceleri contaminatis. Resipescens tandem & alio cap. 1. dolore sauciis sepulchro quadam velut virtus schola folio 2*Lat. cap. 1.* se conclusit. Hic gemitus iterare, lacrymas fundere, folio 2*Lat. cap. 1.* ad sterni, preces perpetuare, non autus nec oculos qui-*Lat. cap. 1.* dem cælo attollere, aut Dei nomen pronuntiare, illud Regno unum ingenians: Misericordia mei Domine, miserere mei. Pessime habuit cacodæmonem tam seria & ardens pœnitentia. Exactâ igitur hebdomade adest veterator

B ex orco cum sociis, & vociferatur: Quid agis hominum flagitiolissime? Nempe jam libidinum spæcūtia satur, videri vis castus & religiosus? & vires quas inter flagitia consumisti, jam Deo confebras, & caelum tibi pollicaris, jam pridem inferis devorus? Noster es, ne dubita, sero nimium è nostris castris transfigum moliris. Redi ergo, & quod vitæ reliquum est, affueris gaudiis consuime. Non deerit voluptas, novis te deliciis fovebitus, Juventutis florem reparabimus. Revivisces. Quid enim verò teipsum ante tempus supplicis frustra conficias? actum agis. Spes aliunde affulget nulla. Nec apud nos passurus es diriora quæ tu ipse tibi mala irrogas. Nunc igitur oblatis fruere, & dulcem carpe vitam dum licet. Hæc terrore amicabilis certatim hostes ingetebant. At ille inter preces & lacrymas immobilis harcerat tem-*Lat. cap. 1.* affusus. Nec illi tam iisdem cantilenis precentem obtundere desistebant. Ubi nec minis nec blanditiis quidquam profecissent, verberibus etiam, annuente Deo, in transfigam facierunt. Contusum probè, nec tamen à coepi pœnitentiâ retractum deferuerunt. Dic altero adiunt cognati, & pugnam movent periculosem. Quantò enim humani egerunt, tanto prionore ad malos assensu viam struxerunt. Nec defuerunt preces; rediret saltem, & suis viveret legibus, neminem impe-*Lat. cap. 1.* dimento fore, dummodo non repente hominem exuerit. Sed à coepio non dimovens, persistit ille anteactam vitam lacrymis expiri. Proximâ nocte diaboli redeunt, acerbius lœvituri. Nec tamen alla vox atrocibus plagiis expressa, quæ insigne illud constantia testimoniun: Malo mori, quæm vobis obsequi. Nocte tertiae assulit, iisque terroribus, tantaque verberum seviti ruunt in obliquantem, ut corpore inter plagas collapo, constans animus hoc unum vocis emiserit: Vobis non obtempero. Hac constantia exarmati hostes stygi, Vi-*Lat. cap. 1.* cisti, clamant, vicisti, vicisti. Et præcipiti fugâ discesserunt.

Dei filius, si divina liceat conferre humanis, contra triplicem hostem patientiâ constantissima pugnat. Vicitus tamen videbatur JESVS, nam in cruce aës, in cruce mortuus, sepulchro absconditus est. Ita Deus fieri præcepit ob humanæ gentis crimina. Atius est propter sceleri nostra tam strenuus pugnator, qui voluit mori, ut Patri posset obsequi. Hic die tertio à morte ad vitam redit, jam mundi, mortis & diaboli victor. Hinc orbis universus, humana gens omnis, ipsi etiam hostes victori huic acclamant: Vici, vici, vici. Rex gloriae, vici.

Iverat Samson una cum parentibus in Tammatha. In itinere ad oppidi vineas apparuit catulus leonis la-*Lat. cap. 1.* vus & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem spiritus Domini Ind. cap. 1. in Samson, & dilaceravit leonem, quasi bedum in frusta dis-*Lat. cap. 1.* cerperet, nihil omnino habens in manu. Diabolus leo levatus, omnes exeruit vires, ut Samsonem nostrum sterne-

*Luc. cap. 23.* sterneret; hinc illi rugitus terrifici: Crucifige, Crucifige. Et occurrit ei, quanto poruit impetu: nam hoc unum egit, ut Christum in cruce raperet. Ed Phariseos, Pontifices, Judaeos, Romanos, judices iniquissimos, ipsos etiam Christi discipulos concitaverat, ut quem suis anguis destinasset, perderet. At Samson noster leonem hunc severissimum velut hoedulum discepserit, nihil omnino habens in manu. Hic olim Samion dextrâ gerezat, ignes, gladium, aquas, serpentes, fulmina, grandines, quibus noxios feriebat. Jam verò penitus incurmis, nec illum teli genus præferens, ligari sibi manus perinisit, & tamen vicit; vicit bonus ille Jesus, ostenditurque nobis modum triclinis istius hostis vincendi.

1. Mundum vincimus Contemnendo. Qui mundi falsa iudicia, vanos sermones, impia vaframenta metuit, jam pene vicitus est. Haec acer bellator spernit omnia. Eleazar ad regium elephantum properans interfecit à dextris & à sinistris obvium quenque. Ita nos tot vanas considerationes, tot inania terrena impavidí proterramus. Sed inmundis, iniquis, toro mole suâ in me ruer, & opprimet me. Ruat & opprimat; invito non nocabit. *Euseb. Emis.* Nam Eusebio Emisseno teste, Defactio prostrati, occatio homini. 8. de fit triumphi. Contemptu mundus vincitur. Contemne mundum, & vicisti mundum.

2. Diabolū 11. Diabolum vincimus Resistēndō. Ed Jacobi Apostoli hortatus spectat: Resistere diabolo, & fugere a vobis. Adversus cacodæmonem Christus imperterrita patientia pugnavit. Post triplicem orationem in horto versus ad Ios. cap. 4. Mortis. 14. flos, Surge, ait, camus. Et hostibus jam invasuris, vers. 7. quis, inquit, hora vestra, & portas tenebrarum? prehensio. 42. Haec est, inquit, hora vestra, & portas tenebrarum? prehensio. 12. dñe, vincite, dñe. Cùm Petrus ab ipso audisset Christum Hierosolymis occidendum, magno in Magistrum Marth. 26. affectu, Abstine a te Domine, aiebat, non erit tibi hoc. Cui 21. & 22. Christus: Vade post me satana, scandalum est mihi: quia non sapis ea que Dei sunt, sed ea que hominum. Hac diaboli sunt melimina. Nos absterrere nititur à generosa malorum perpellitione. Cùm dolus non faccedi, viu parat, & hostia multitudine timidiiores cogitat opprimere. Resistite; & vicitus est adversarius. Hic verus illud verisimum:

*Iamb. v.* Audere, pars potissima est victoria.

3. Mortem 11. Mortem vincimus Non vincendo, sed moriendo. Eusebius Emissenus, quem dixi, haec vincerat artem commontrans. Dabit in te, inquit, infirmitas fortitudinem, Iesu palmam, ruinae victoriam. A morte Christus configi- Euseb. lato- fatus cecidit, sed cadendo vicit. Cum præfici hic licet dicere:

Plerumque vincunt, vitam qui minime efflant.

Mortem non timere, est mortem vincere, & suo se- Lue. cap. 23. peliri triumpho. Christus jam aeternus animam, Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec di- cens expiravit. Nos ipsos nostrâ que omnia divina voluntati atque providentia quam integerrime coniunxit, & illam ineluctabilem horam non formidabimus. Cadendo surgimus. Mors vincitur non vincendo.

### §. III. Christus reviviscentis vicit crocodilum.

3. Demor- C um crocodilus cibo piscium, aut humanæ carnis, cuius est appetitissimus, jam satur, ad somnum se componit in littore, avis parva, quæ Trochilos ibi vocatur, rex avium in Italiâ, exporrectam belluam ad cap. 25. mibi hiandum invitat, pubuli sui gratia. Nam (uti Älianu- Plinius 1. 8. s. Nat. hist. cap. 164. & Plinius restantur) primum os ejus assulsum purgans, ab hac nar- ratione paululum dulcedinem maximè patulas oberrat. In hac vol- atio. crocodilum somno pressum conspicatus ichneumon\* serpens, per easdem fauces ut telum aliquod im- missus, aluum eredit. Quis ichneumonem alvo croco- cap. 25. mibi dili meritis conspiciens, non putet vicitum & abfor- pag. 106. ptum: sed hac callidi serpenti est vitoria, dum hostis ab aliis fauibus glutitur, hostem perimit. Ita mors planè Christum glutitur, sed ita quoque victoriam amilit. Serpenti

A se Christus conferens, Sicut Moyses exaltavit serpentem, ait, *Lue. cap. 3.* in deserto, ita exaltari eporter filium hominis. Capitalissimus ver. 14. Christi hostis mors. Nec mirum. Christus se vitam affir- mans, Ego sum, inquit, *Vita, Veritas, & Vita.* Quid novi, *Idem 6. 14.* gravissimi odii mortem & Vitam dissidere? Ichneumon, quod dicti scriptores memorant, cum crocodilo prælium ingressus, mergit se limo saepius, siccataque sole: mox ubi pluribus se coris locavit, in dimicatio- ne pergit. Christus corpore humano teat, sed & limo meritus tocludi briorum & execranda crucis, *Infelix sum, Ps. 66. v. 3.* inquit, in limo profundi. Ita loticatus miserius humanis in holtem pugnat, quem & vicit. Vbi est mors vitoria tua, *1. Cor. 1. 15.* ubi est mors simulus tuus? Ecclesia ob vitoriam hanc ver. 55. Christi laetissima, canat: Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparavit. Eadem etiam agen- do gratias, ita precatur: Deus, qui per Unigenitum tuum, aeternatus nobis adiutum devictâ morte, refergi, vota nostra, que prævenientia aspiras, etiam adjuvando prosequere.

B Sed dicas: Quomodo mors victa est? Omnes morimur, *Reg. c. 14.* & quasi aque dilabimur in terram, qua non revertuntur. ver. 14. Hinc recte querimus cum Psalmus: *Quis est homo, qui vivet, Psal. 88.* & non videbit mortem? Ausculta, mi homo, in capita ver. 49. conferam responsum.

I. Mortem non ita vicit Christus, ne moriamur ami- Christus plis: ius sum morti non abstulit, tyranidem ejus in- nō abstulit fregit. Nam ante Christi cum morte congressum nullus ius suum mortuorum ad vita principium potuit evolare. Frustra tyran- erat dicere: Morrem obi, debitum persolvit, finite nunc dem ejus ad conditorem meum recte proficisci, Deum deside- infregit. ro videre. Incallit haec statabant. Mortis imperium & tyranos omnes omnino quos jugulavit, ad inferiora terra misit, velut aeternis mortis reos. In ponte dejicit, tolerabile videri poterat, è ponte in aquas precipitari, rigidum. Atque hoc ante Domini mortem fiebat. Nunc tantum in ponte dejicimur; momento spiritus à labe purus ad conditorem subvolat, Angelorum medium Deum intuetur, vix à corpore abit animus, & inter ce- lites numeratur. Ita Christus devictâ morte aeternitatis nobis adiutum reseravat.

II. Prærogativa mortuo ad vitam revocandi mul- Prærogati- ta amplior est in lege novâ quam in præficiâ, in Ecclesiâ tuos ad vi- quam in synagogâ.

Rufinus Aquileiensis memorat, ad Macarium se- candiam niorem Ægyptium venisse Hieracitam, prævæ religio- plior est in nishominem. Hic ubi plurimos loquendi arte turbasset, quam in Macarium etiam suis officiis aulus est invadere, & defi- dei scitis audacissime differere. Restitit vir sanctus, ut Rufin. c. 8. potuit. At homo valer simplicem senis dictiōnem argu- mbit p. 480. mentatione callida elusit. Macarii adstantium auditio- apud Ros- rum fidem periclitari animadvertens, Quid opus, in- veyd.

D Dicitur Macarius hortatur, ut in sua religionis demon- strationem è sepulchro jubeat prodire mortuum. Cui adversarius, Tu, inquit, tu sponsione provocasti me; tu prior defunctum evoca. Macarius ergo in genua ruens, ingenti fiduciâ precatus est. Ad finem precum oculis cælo clausi, Mi Deus, inquit, quis è nobis duobus ve- ram fidem teneat, ostende hoc mortuo in vitam redi- to. Et cum dico hominem illic non ita pridem sepul- tum evocavit nomine. Ad humanam vocem obsequen- tissimus mortuus mox respondit, & amorâ tumuli mole, Et in lege novâ plu- ribus con- præsentium oculis se vivum stitit. Adversarius prodigio- tam luculentem vicitus in fugam se verit.

Hæc grata à mortis victore Christo pluribus in no- cessia. Turonensis præf. Martinus, Ecclesiâ A quâ tria mortuorum teste, tres mortuos ad vitam revocavit. Totidem beatus Dominicus Calaganus, eodem testimonio laudatissi- magnificus, sanctæ familiæ parens. Franciscus Xaverius Ita appellatur diarum.

diamum Apostolus, viginti quatuor defunctos vitæ restituit. Taceo complures alios è Divorum tabulis jam notos.

**Hæc mortis Victoria summo est solatio in aduersis victoriae veris planè omnibus. Job vermis scaturiens, carnis in adversis his jam corosis, omni pecore abacto, liberis ruinâ domino est inuitus obtutus, vix jam ossibus hæret, spirans cadaver, animâ in corpore uleroso & in extremis pâne labris malè morante, in simere velut in sepulchro compositus, canit tamen: Scio, quid Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum. Spes ita sic exhilarat, ut qui virus Christi amicis est, totum fells dolium exhatriat, nec querelarunt aut impatiens quidquam prodat: nam illud inter lacrymas latet canit: Scio, quid Redemptor meus vivit: Quem risurus sum ego ipse, & oculi mei conspicuntur sunt, & non aliis. Reprosta est hoc spes mea in sinu meo. Nos quidem quanta Jobus, vix umquam patimur, nihilominus tandem Jobi spem in sinu repositam habemus: Scimus, quia Redemptor noster vivit, & nos de teîa denuo surrecturi sumus. Ita licet nobis quotidie honoris, pecuniae, valetudinis, virium, vita aliiquid despat; non refert, redibit vita, & cum ea bona omnia. Mors vita est. Dejicere nos potest in ponte, præcipitare in aquas non potest, nisi volentes.**

**IV. Victoria hæc Mortis ad omnem virtutis actionem extimulat. Cùm Paulus resurrectionis mysterium argumentis compluribus affirmasset, addit excitandis ad virtutem Christianis: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabile effete & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes, quid labor vester non est manis in Domino. Quod si quis adeo sibi parcat, viam ad cælum nimis arcam & arduum geratur, hærente ac quiescente ubique velit, ut pri viatores solent, ne quæso fidem ac spem Resurrectionis jaectet. Nec credit iste, nec sperat, nisi forsitan fide mortua, spe vanâ. Qui redditum in vitam fide vivâ, spe certâ operitur, etiæ orbis universi jaeturam faciat. Quantillum est, ait, quod perdidi: redibunt hæc omnia, & nos cum illis. Quid enim sunt caduca hæc omnia, nisi umbra, non plaudentes manus sibilo digna? Perierint perturba, quid mea interest? modò mihi non paret cælum. Unum atque unicum damnum est æternam vitam perdere. Cereta titivitium sunt & somnium. Et licet via ad cælum confragosa sit & aspera, non refert, pergam impigro pede, scientes quod labor noster non est inanis in Domino.**

**V.\* Hæc mortis Victoria hoc ipsum idemtide monet, quod Paulus clamat: Ut quomodo Christus surrexit: à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulamus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruktur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Hic nobis ad istam mortis Victoriaen quæstio duplex nascitur. Prima: Cur Lazarus surrexit cum sudario, Joanne teste, & statim prodit, qui fuerat mortuus, & facies illius sudario erat ligata. At vero Christus sudarium reliquit in sepulchro. Nam, eodem teste, venit Simon Petrus, & introivit in monumentum, & vidit linteama posita, & sudarium, quod fuerat supra caput ejus non cum linteame possum, sed separatum involutum in unum locum. Hæc prima quæstio. Altera: Cur hoc ipso tempore hujus Victoriae monumenta sunt aperta, Matthæo teste: Et monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Utrique quæstionem respondemus.**

#### S. IV. Cur Lazarus cum sudario, Christus sine illo prodierit è tumulo.

**E**rgo Lazarus cum sudario, sine illo Christus è sepulchro prodiit. Ægypti prorex Josephus iconicum Christi simulacrum tam in aliis multis quam etiam in isto. Ab herâ Joseph ne malâ vi teneret, pallium reliquit: ver. 12. Nam, quod facer historicus prodit, Relicto in manu ejus

A pallio fugit, & egressus est foras. Hæc Eusebius Emissenus expendens: Joseph, inquit, detinetur à muliere, Christus à morte; Joseph pallio reliete aufugit, Christus luctans teamina in sepulchro reliquit, & exsurrexit. Non ita Lazarus prodiens è sepulchro cum sudario, quod Christus reliquit, & Angelus monstravit. Nec id mysterio vacat. Christus resurrexit non in oriturus amplius, immortalis æternum. Lazarus morti subiectus, iterumque mortitur, secum fert sudarium.

Si quando classicus remex tritemi exeat, sibi aliquid de foro præstabilitur, compedium aut catena partem pede trahit. Quod certè argumento est, cum à scilicet & transistris non esse liberum. Ita velit nolit, ad trahendum remum ipsi est redeundum. Ita & Lazarus est tumultu prodit, sed secum institas, sudarium, lodiem mortualem trahit, ut ipse alioz omnes nō sint esse mortis subditum, spectare ad maris mortui remum, fandipâ denuo claudendum. At vero Christus sine sudario B emergit tumulo, solutissimus, liberrimus ab omni mortis vinculo. Gratulatur Paulus, & sacro aplausu, Scientes, inquit, quid Christus resurgens ex mortuis jam nouo moritur, mors illi ultro non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quid autem vivit, vivit Deo.

Nec Christus tantum immortalis, sed & Christi Sudarius inter ipsos etiam ignes immortalitatē praefulgit. Mahultas Saracenorum Princeps, quod Beda & Baronius narrant, hoc ipsum, quod diximus, sudarium octo pedes longum habuit: ut autom exploraret quād certæ id fidei esset, in ignem conjici præcepit. At illud exigne in æra se libratus, & aliquamdiu velut placidissimum volans in alto cunctabundum hæsit, denum certentibus cunctis in præsentis cujuspiam Christiani brachia tranquillo motu se demisit. Prodigium tot testatum oculis, quod spectatum.

Porrò alterum sudarium, cui cruenta Christi facies impressa, in supremo illo itinere incœfissimo Veronica relicta est. Hæc matrona civis Solymæ Christi discipula, Magistri ultinios labores miserata, hoc munus à morituro Domino, ut suprà demonstratum est, accepit. Perinde si dixisset Christus: Hoc donarium hæredes eius. Quiruit. Testimonia cruciatum meorum habent Christiani. Hi nō sunt quantæ molis, quantæ & sudoris fuerit, hominem æternæ mortis reum redimere. Penes Christianos ergo mea sint sudaria. Quocirca Christus Dominus sine sudario, Lazarus cum illo ad vivos redit, ut luculentum esset discernere inter Lazarum resurgentem, sed denuo moritum, & Christum mortis victorem, immortalitate supra omnes beatissimâ coronatum.

#### S. V. Quid mysterii fuerit, moriente Christo tumulos reserari.

**A** Ltera erat quæstio: Quid mysterii, tumulos reserari. Ex Matthæo dicimus. Et monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Sed an non major fuisse gloria Resurgentis Christi, solum resurgere? Isaias aliquoties minatus, Ve, in iudeam quia predari, nōnime & ipse predaberis? Non est in orbe veri, prædo similiis morti rapit ea omnibus omnia, terrâma. Non aripi, mendiculos & reges juxrà habet, & illos & illos, orbes peræquè spoliat, petasos & diademata, liones & leonines, prætra eadē mergit foveâ. Mors orbis expilator & prædo, nemini non horribilis, nullum unquam se fortorem invaserit, nisi illum unum atque unicum cruci suffixum. Væ tibi, mors rapacissima, quæ ab orbe condito innumera commisisti fura, quæ tot millions hominum spoliasti vitâ. Immanis bellua, quæ nescit parcer, doctos, indoctos; pauperes, opulentos; debiles, robustos; juvenes, adultos; senes, pueros, infantes, decrepitos fine delectu, vi pari abripit: omnes quos unquam vidimus, omnes de quibus aliquid audivimus aut legimus, & quantula ea pars hominum est quam nō esse possumus;

sumus; omnes omnino qui vel olim nati sunt, vel A  
omnibus terris ac saeculis paucentur, in hujus præd  
onis ungues incident necesse est. Nemo haec tenus ab  
hoc prædone liber evasit, evaderet nemo. Cerneret  
animo longissimam precedentium, nec minus longam  
sequentium catervam. Hac ipsa, quā loquimur, ho  
ra quo mortalium milia mortis falaricā sternuntur?  
Mors artes omnes eludit, preces conceptissimas sper  
nit, amplissima promissa rejicit, non ætatem, non  
sexum attendit, natalium imagines, titulos, fasces  
proterit, imperium nescit, Principes non agnoscit,  
blanditias omnes contemnit, vim nullam metuit, su  
perficiit omnium vitam extinguit.

Sed æquo simus animo, jam ipse etiam in prædani  
cessit tam immanis prædo. Fit subinde ut juvenis ma  
lè ingenuatus, & ad furtū pronus modò pecuniolā, mo  
dò strophium, modò chirothecas, modò tela; jam cinc  
gulū, jam librum, jam pileum furaci manu subducat.  
Ita minutioribus furtis initiatus ad majorē harpagan  
di peritiam in dies proficit. Audacior tandem ex aulā  
Principi argenteum vel scyphum, vel patinam, vel  
guttum aut maluviū clepit, sed apud aurifricem mi  
ser, quem furtū venditurus adit, à Principalibus  
in signis proditur; in vincula trahitur; torquetur;  
hic minora furtū omnia prioris vitæ fatetur. Mors ab  
orbis origine furtis & rapinis continuis assueta, mor  
talium nemini non carissimum quod habuit, vitam  
eripuit. Hanc protoplastis, hanc posteris universis ex  
torfit; nulla domus quam non expilariit, nullæ late  
bræ quibus prædam non extraxerit; ita oppida, ci  
vitates, provincias, regna, jam sapientiū vacuavit in  
colis, huic rapiendi licentia jam nimium assuetæ.  
Sed hec omnia minuta possunt censeri furtū, & La  
verna artes jocose. Illi omnes erant homines cadu  
ci, velut poma vermiculosa, putrida, ad moriendum  
nati. Hinc homines ejuscemodi abripunt in prædam,  
morti non erat probrosum. Sicuti certos ad viam  
consitas depopulari, aut silvestria pira vel poma fur  
tis nata carpere, viatoribus non vettum; quis enim  
ea curat? ita mors impud' sustulit, quos ad interi  
um editos scivit. At ubi mors Christum Dei Filium,  
benedictum virginī utri fructūm carplit, cum vi  
ta Dominum occidit, cum aureum hoc carcēsium  
surripuit, furtū audacissimum, & prioribus mi  
nutis omnibus longè grandius commisit, nec enim  
peculatus tantum, aut rapina vel sacrilegium, aut pla  
gium, sed lese majestatis crimen fuit maximum. In  
hoc flagrantissimo delicto mors deprehensa, & ad  
crucem Dominicam, velut ad equileum torta prio  
ra farta omnia est confessa. Atque hoc obeunte Chri  
sto sepulchra referata, tefstantur sepulchrorum aper  
tio, scleris confessio, rapinarum restituatio. Perinde  
si mors dixisset: En Domine, arcum & sagittas meas,  
en prædam, quam rapui ac sepulchris abdens occul  
tavi. Me viātā fateor, parata furtū omne restituere.

Vicit ergo, vicit bonus Iesvs, vicit Elephantem,  
vicit Leonem, vicit & Crocodilum. Mundus, mors,  
diabolus, triumphali curru Christi captiva mancipia  
trahuntur. Id triunphe! Absorpta est mors in victo  
riā. Vbi est mors victoria tua, ubi est mors stimulus tuus?  
Nōne prædictum: Ero mors tua, ô mors: vix qui pre  
daris; jam prædata, jam ipsa facta es preda. Deo au  
tem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum  
Iesum Christum. Iam mori non formidemus. Bo  
na mors, initium est vita.

## CAPUT XII.

### De Christi in cælum ascendentis gloriâ.

PROMISSIS, reor, stetimus, & de Christo etiam  
Resurgentē differimus. Sed omnino par est, ut

Tom. II.

qui Resurgentis victoriam spectavimus, Ascenden  
tis quoque triumphantum hilari eret, que vultu prole  
quamur. His ego, mi Lector, quā potero, brevissi  
mus ero, & summa rem capia non explicabo, sed  
eo solum digito monstrabo, altiori cogitatione com  
mitandā. Eſſet quidem dignissimum & Ascenden  
tis gloriam singulā i libro proponere spectandam:  
nec ad eam rē parata jam ceteros orationes decel  
let, sed ne nimis extra promissum abeam, & de  
mum de tabulā manum amoveam, hanc vīsum est  
coronidem ac clausulam apponere.

### §. I. De Christo in cælum ascendentis ora la & vaticinia.

**E**Noch homo justus in cælum à Deo translatus  
est, idque ante Moicas leges. Et facti sunt omnes  
dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulavimus  
cum Deo, & non apparuit, quia talit eum Deus. Elias dum  
Moicas leges starent, in cælum currū igne subve  
tus est. Cumque pergeret, & incedentes sermo[n]arentur  
(Elias & Eliseus) ecce currus igneus & equus ignei divisorunt  
strumque: & ascendit Elias per turbinem in cælum. Servator  
orbis Christus novā legē gratiæ stabilitā, nec transla  
tus, nec subiectus, orbes cælestes suā virtute penetra  
vit, non sine spoliis cō reveritus unde ad nos descen  
derat. Ascensionis ergo sue Dominus prænuntios &  
testes habuit: unum ante legē, unum sub legē, ut quan  
doq; veniret ipse, qui veraciter cælos transtire posset.

Ita nepos Abrahāni Iacob, in baculo meo, inquit,  
trasiri Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior.  
Ita noster ē celo peregrinus ad nos pauperissimus ve  
nit stabulo exceptus, nunc hominum & Angelorum  
turmis stipatus revertitur. Hac in re nō diffimilis ori  
lioni, qui habet centum oves, & superdidierunt unam ex illis,  
dimitti ponagimus novem in deserto, & radit ad illam qua  
perierat, donec invenient eam: & cum invenierit eam, impo  
nuit in humeros suos gaudens, & veniens domū convocat ami  
cos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mibi, quia inve  
ni ovem meam, que perierat. Ita Christus Angelis reli  
ctis, perdītæ genti humanæ in subsidium propera  
vit. Vbi amīsum hanc oviculam invenit, inter gau  
dia in cælum remeavit.

Canebat oīm Moyses: Sicut aquila provocans ad vo  
landum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas,  
& assumpit eum, & portavit in humeris suis. Christus aquila  
non absimilis ē pluribus caussis: 1. Aquila volucrū  
regina, volutu vincit omnes. 2. Solem irretortis ocu  
lis intuitor. 3. Vngue & rostro viatum fibi parat  
præda. 4. Pullis suis providet sollertissime. 5. Solis  
aspectū recusantes pullos exturbat nido, & ut de  
generes abicit. 6. Adultiiores ad evolandū exem  
plo suo provocat. 7. Tandem illos deferit, ut ipsi suo  
se labore alant. Christus 1. Rex est tam in præsēpi  
quā in cruce, tam à Magis adoratus, quā à mili  
tibus & Phariseis irritus. 2. Christus Deus seipso bea  
tissimus, etiānum viator, & cū inter nos ageret,  
aspe& Dei fruebatur. 3. Exarmatis hostibus, quos  
occumbendo vicit, spolia detraxit. 4. Cū dilexisset Ioh. c. 13.  
suis qui erant in mundo, usque in finem dilexit eos; & hoc  
unum moriendo egit, ut sui viveant. Filios in ma  
lum obstinatos, disciplina oſores, à paternā indole  
alienos exhæreditat, reicit, & se segregat. 6. Suos ad  
cælestia inuitans, In domo Patris mei, ait, mansio[n]es  
multæ sunt: Vado parare vobis locum. 7. Rediturus in Ioh. c. 14.  
cælum suis valedicens, vado, inquit, ad eum qui misit  
me. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implexit cor ve  
strū. Sed ego veritatem dico vobis, expediri vobis nō ego vadam.  
Hæc omnia diversis oraculis & vaticiniis illustris  
fima. Micheas precinīt: Ascendit pandens iter ante eos. Mich. c. 2.  
Et transibit Rex cōlām coram eis, & Dominus in capite eo  
rum. Huic regius P̄ſtates respondet velut rem gestam.

P P

com